



**R. P. Francisci Svarez, Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia Olim
Primarij Theologiae Professoris emeriti, Opvs De Triplici
Virtute Theologica, Fide, Spe, Et ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1622

Sect. 3. Qua ratione proximus ex Charitate ametur, atq[ue] adeo, An sola
bonitas increata sit adæquatum obiectum Charitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93448](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93448)

a. Confide-
ratio.

b. Confid.

Vide autho-
rem lib. 1. de
grat. cap. 16.
n. 10. & 11.
De amore
Dei intuitu
mercedis vi
de lib. 12. de
grat. c. 12.

me. Hinc fit ulterius, obiectum benevolentie, quan-
tis propter se ametur, ita tamen amari, ut simul ap-
petatur coniunctio, & unio cum tali obiecto, hoc
cum requiritur ad perfectionem amicitie. Rursus
Deus, ut bonum naturæ accommodatum, est bo-
num comparabile per naturalia media, ut tota illa
perfectio naturalis existimatur. Deus vero, ut bo-
num excedens naturam, offertur, ut obtinendus
per media supernaturalia, & ipsamet consecutio il-
lius est omnino supernaturalis, & ideo illud obie-
ctum, sub hac ratione boni, est non solum summum
bonum, sed etiam bonum excedens totam natu-
ram, & eius vires. Postremo Deus non solum di-
ctis modis, sed etiam alia ratione, habet obiecti ra-
tionem, & boni supernaturalis diligibilis, nempe
quando per supernaturalem regulam ita proponi-
tur amandus: sicut enim in virtutibus moralibus
in suis eadem materia, quæ aliis naturalis est, per
conformitatem ad supernaturalem regulam indu-
cit rationem formalem obiecti, & motum super-
naturalis, ita etiam similis bonitas & honestas potest
reperi in hoc obiecto charitatis, & hoc modo Deus
non solum secundum ea attributa, quæ per se ex-
cedunt omnem facultatem naturæ, sed etiam ipsamet
bonitas Dei, quæ aliis naturaliter potest amari,
quatenus regulari a regula supernaturali pertinet
ad obiectum charitatis in suis.

SECTIO III.

*Qua ratione proximus ex charitate ametur: atq;
adeo, An solab. nitas increata sit ad-
æquatum obiectum cha-
ritatis.*

1. Conclusio.

De particula
propter infra
dispositio.

Obiectio.

Responsio.

Instantia.

Solutio.

Secunda
conclusio.

Dico primò ipsa bonitas increata, quæ in Deo
est, est sufficiens ratio, ut propter eam proxi-
mum, & immediatè diligatur proximus. Et licet par-
ticula, propter, vacua significet, tamen in proposito
significat proximam rationem formalem, & mo-
tuum: nam sola bonitas, quæ in Deo est, suffi-
cienter movet ad amandum proximum, non confi-
derata intrinsece a bonitate proximi, sicut enim ex-
cellentia quæ est in Christo, est sufficiens causa ve-
nerandi imaginem eius, ita quavis nulla superna-
turalis bonitas sit in proximo, imò summa malitia,
charitas in bonitate Dei invenit sufficiens rationem
amandi illum.

Dices. Bonitas, quæ in Deo est, non facit bo-
num proximum, quomodo, ergo potest esse ratio
diligendi illum, cum nihil diligatur, nisi bonum?
Respondetur Deum tunc esse rationem diligendi,
ad eum modum, quo finis est ratio diligendi me-
dia. Non quod proximus ametur isto modo ex cha-
ritate, ut medium ad consequendum Deum, sed in
se ipso amatur, ut ipse consequitur Deum, solum
ergo tenet proportio in hoc, quòd utrobique ratio
diligendi est extrinseca, & ut sit amabilis, non pro-
pter bonitatem intrinsecam, sed propter habitudi-
nem: tamen hæc habitudo, in exemplo posito per-
tinet ad causam finalem extrinsecam explicatam, per
quandam habitudinem: sunt enim isto modo pro-
ximamabiles propter Dei bonitatem, quatenus
sunt capaces istius bonitatis. Dices ergo hoc modo
non diligitur proximus, ut amicus, nam si ita dili-
gerem servum amici propter amicum, non ama-
rem illum, ut amicum. Sed negatur consequentia,
nam licet non diligatur proximus, ut principalis
amicus, diligitur tamen, ut secundarius, & capax
eorundem bonorum.

Dico secundò. Proximus, qui intrinsece ius-
tus est iustitia creata, & supernaturali sibi inhæ-
rente, est etiam obiectum amabile supernaturali
dilectione, cuius obiecti proxima ratio non est bo-
nitas Dei increata, sed creata, quæ inhæret proxi-

mo. Probat: nam hoc obiectum ratione huius
bonitatis est amabile: rursus illa proxima ratio a-
mandi est supernaturalis: ergo amor ille propor-
tionatus est etiam supernaturalis. Secundo proxi-
mus secundum naturæ ordinem est amabilis non
solum immediatè propter Deum, sed etiam imme-
diatè propter virtutes morales intrinsecas, aut
propter aliam perfectionem naturalem illi inhæ-
rentem: ergo simili modo est amabilis in ordine
gratiz.

Dico tertio. Proximus etiam ratione boni-
tatis naturalis ei intrinsece, modo regulatur per su-
pernaturalem regulam, est etiam obiectum amabile
amore supernaturali. Probat: ex dictis in fine
precedentis sectionis. Item argumentum propor-
tionale sumptum ex virtutibus, in suis hic etiam pro-
cedit, & ratio communis est, quia licet res, quæ dili-
gitur naturalis sit, tamen diligitur sub motu, &
honestate supernaturali, à quo motu sumit actus
suam naturam.

Dices. Sequitur ergo proximam rationem a-
mandi in charitate, non esse solam bonitatem Dei
increatam: consequens autem falsum est primò,
quia de ratione virtutis Theologicæ est, ut æqua-
tum obiectum formale eius sit increatum. Unde
in aliis duabus virtutibus, quæ minus perfectæ
sunt, ita reperitur. Secundò. Quia unus virtutis
una debet esse ratio formalis ad æquata, sed boni-
tas creata, & increata, cum plusquam genere dif-
ferant, non possunt in unam simplicem rationem
obiecti formalem convenire. Hæc verò non tam
improban: conclusiones politas: quàm ex eis in-
ferunt amorem, de quo prima, & secunda conclusio
loquitur, non pertinere ad unam, & eandem virtu-
tem, & primum amorem esse charitatis, non alium
quod non improbabilius posset defendi, & expla-
ri variis exemplis. Primò, in amore naturali Dei,
& proximi, certum videtur, si ametur Deus pro-
pter se, & proximus etiam propter suam virtutem,
illos amores pertinere ad diversas virtutes, quan-
vis illam eadem virtute, qua amatur Deus pro-
pter se, possit etiam amari proximus propter Deum.
Deinde potest honorari creatura, vel propter in-
trinsecam excellentiam creatam, ut Beata Virgo:
vel proximè, & immediatè propter excellentiam
increatam, ad quam continet habitudinem, qui
tamen actus pertinent ad diversas virtutes Latræ,
& Dulcæ. Tertiò medium diligi potest, vel propter
intrinsecam bonitatem, verbi gratia, temperantiæ,
vel propter extrinsecam bonitatem finis, verbi gra-
tia, poenitentiz, & actus illi pertinent ad diversas
virtutes. Quarto. Assensus conclusionis, & princi-
pij pertinent ad diversos habitus, solum quia in
conclusionem est veritas intrinseca distincta à verita-
te principij, ut ad hoc propositum Cateranus nota-
vit secunda secundæ, quæ sit. 47. art. 6. & 54. artic.
quarto.

Denique potest hoc explicari. Nam præter
omnem virtutem, qua homo diligit Deum, & ex-
tera proximè, & immediatè propter Deum assign-
nantur virtutes morales, quibus rectè ordinatur
circa singula honesta bona, & inter eas datur una,
quæ est moralis, & humana amicitia, sic in ordi-
ne supernaturali, alia est virtus, qua ad Deum a-
mandum dirigimur, & ad alia propter ipsum im-
mediatè, & illa est charitas, cuius ad æquatum ob-
iectum formale erit bonitas increata: alia verò erit
virtus, quæ sit amicitia humana moralis, & infusa,
qua diligitur proximus supernaturaliter propter
suam bonitatem intrinsecam, omni enim morali
virtuti acquiri debet respondere alia virtus mo-
ralis infusa. Confirmatur. Nam velle proximo bo-
num immediatè propter eius bonitatem, eiusdem
rationis videtur, ac velle mihi bonum propter bo-
nitatem meam: sed hic actus non est charitatis Theo-
logicæ.

giz, et aliis sit bonus, & supernaturalis: ergo neque ille. Et haec omnia procedunt comparando motum diligendi polita in secunda, & tertia conclusio-
ne, cum motu posito in prima. Comparando ta-
men haec duo vltima inter se, non procedunt om-
nia, quae diximus, quia vtrumque motuum est crea-
tum, & intrinsecum proximo, & potius materiali-
ter, quam formaliter differunt; sicut patet à simili
in Deo ipso: nam eadem charitas amat bonum na-
turale, & supernaturale Dei, si vtrumque eadem su-
pernaturali regula proponatur. Idem patet in alijs
moralibus virtutibus, eadem enim virtus religio-
nis infuse colit Deum cultu simpliciter, & superna-
turali, vt fidei, & spei, & cultu quo eumque, & actione
naturalis, supernaturaliter tamen regulata. Tadem
ratio est, quia amare ipsum naturale bonum proxi-
mi ideo est consentaneum regulae supernaturali, quia
naturalia sunt quasi fundamentum gratiae, & ipsius
esse supernaturalis: ergo in illo amore eadem inue-
nitur formalis ratio dilectionis supernaturalis.

7. Opinio haec non est probabilis, vt dixi: ta-
men verius est, omnem modum dilectionis proxi-
mi ad vnam virtutem charitatis pertinere; quia in
sacra Scriptura, & Patribus inauditus est alius a-
mor infusus Dei, & proximi, vt sumi potest ex pri-
ma epistola Ioannis: & Augustinus octavo de Tri-
nitate cap. octavo, & sermon. decimotertio de tem-
pore, expresse dicit, quod diligitur proximus, quia
spiritualiter regeneratus est ex caritate diligi; idem
tradit D. Th. secunda secundae, quae questione vigesima
tercia, articulo quinto, ad primum, & quæst. 81. arti-
culo 4. ad 3.

8. Dico ergo quartò. Obiectum formale adaequa-
tum charitatis est bonitas Dei increata, omnem ex-
cedens naturam, vel per se, vel per participationem
eiusdem ordinis, seu quae honestatem illius ordinis
induat. Haec conclusio patet ex dictis; nam cum ca-
ritas his omnibus modis diligit proximum, & alijs
sit vna, oportet, vt hi modi diligendi conueniant in
aliqua vna ratione formali obiecti, quoniam haec in
omni virtute debet esse vna, non conueniunt autem
nisi dicto modo. Secundò, quia omnes homines ex-
sistentes in gratia, vt sic, sunt quodammodo Dei, er-
go conueniunt aliquo modo in eadem ratione for-
mali obiecti, sub qua idem habitus inclinatur. Confir-
matur. Nam certum est omnes angelos, & homines
habere eandem rationem formalem obiecti diligi-
bilis: ergo & eandem cum Deo; dicente August. 8.
de Trinitate cap. 8. Qui proximum diligit, consequens est,
vt ipsam etiam dilectionem diligat, cui etiam conuenit
tradit. 9. in 1. epistola Ioan. aliquanto a fine.

Tertio, quia quod est tale per participationem eius-
dem ordinis, reducit ad id, quod est tale per essen-
tiam: tota autem bonitas supernaturalis est quae-
dam participatio diuinæ bonitatis.

9. Ex quo soluitur prima ratio in contrarium fa-
cta in nu. 5. nam de ratione virtutis Theologiae est,
vt ratio formalis eius obiecti sit increata, vel sim-
pliciter, vel secundum quandam reductionem, in
quantum participatio eiusdem ordinis ad suam ori-
ginem reuocatur: quod aliter dici potest, quod ra-
tio creata debet esse adaequata, vel in recto, vel in
obliquo, sicut de obiecto materiali dicebamus: &
patet à simili in spe, quia non solum desiderium bea-
titudinem obiectiuam, vt est bonum increatum, sed
etiam alia bona, neque solum in Deo speramus, sed
etiam in ijs, qui gratiam, & virtutem Dei partici-
pant. In fide etiam quodammodo reperitur idem,
quia credimus Deo, & ijs, qui spiritu Dei loquun-
tur: qui dammodo vero non est idem; nam re-
uerentia formalis fidei est sola veritas Dei, alia sunt
instrumenta, & rationem differentiae colligo ex Di-
uo Thoma quæstione 26. articulo primo, ad secun-
dum, quia charitas tendit in res prout sunt in se, si-
cets vero non, sed vt extrinsecà authoritate affir-

mantur, quae authoritas & quae cadit in omnia reue-
lata, bonitas autem, quam amat charitas non & quae
inuenitur in omnibus, quae ex charitate diligibilia
sunt: esset autem simile in lumine gloriae, quod est
perfectissima virtus Theologiae, cuius tamen adae-
quatum obiectum non est veritas increata praecise,
sed etiam multa creata supernaturalia, imprimis i-
psummet lumen gloriae, quod se ipso praecise videri
potest: deinde etiam ipsa visio beata: denique gratia,
& alia entia supernaturalia in substantia, quia proba-
bile est hanc illo lumine in se videri: idem ergo erit
proportionaliter in charitate: vnde sumitur efficax
ratio: nam charitas, quae amat caritatem Dei, etiam
bonitatem amat, quae in ipsa est: ergo amat illam v-
bicumque est, atque adeo in omni proximo: ergo amat
fundamentum, & radicem eius, & omnes fructus.

10. Hinc patet solutio ad secundum: nam im-
primis non oportet formalem rationem obiecti esse
vnam numero, vel specie in esse reali, sed sufficit, si
sit vna per conuenientiam analogam praecipue in eodẽ
gradu rei, & eum ordine ad eandem beatitudinem.
Vel secundò satis est rationem formalem, quae vna
est, & simplex, esse adaequatam in recto, vel in obli-
quo. Ad primum exemplum dicito, non esse simile
de ordine naturae, & gratiae, quia homo secundum
naturale esse, & virtutes acquisitas, non constitui-
tur in eodem ordine, & gradu rerum cum Deo, ne-
que est particeps eiusdem bonitatis, in qua commu-
nicatione fundatur vna amicitia supernaturalis in-
ter Deum, & creaturas eleuatas ad illam beatitudi-
nem: & propter ea haec vna virtus coniungit inter se
illas creaturas amicitia supernaturali, & cum Deo.
Et fere eodem modo soluitur illud de assensu prin-
cipij, & conclusionis, pertinent enim ad diuersos
habitus: nam ex modo procedendi, quasi genere
differunt. Item illud de medio, & fine, facile soluitur,
tunc enim intercedit diuersitas, quando bonitas
propria medij non habet aliquam conuenientiam
formalem cum bonitate finis: nam si hoc modo con-
ueniant, etiam possunt ad eandem virtutem pertine-
re. Difficilius argumentum est illud de Religione,
sed iam solutum est in materia de Incarnat. quæst.
25. de adoratione.

11. Ex quibus tandem habetur humanae amicitiae,
quae virtus est acquisita, respondere quidem amici-
tiam infusam, sed eam non esse à caritate distinctam:
neque est simile de virtutibus alijs moralibus, quia a-
liae quamuis supernaturaliter regulentur, retinent
honestatem formalem distinctam ab honestate cari-
tatis: obiectum autem amicitiae humanae, eleuatum
ad regulam supernaturalem, habet ordinem ad eam-
dem communicationem supernaturalem, & par-
ticipationem eiusdem bonitatis, & ideo conuenit
in honestate, & ratione virtutis cum charitate.

SECTIO IV.

*Vtrum sit aliquis ordo inter res, quae charitatis
obiectum sunt.*

1. Ordo hic dupliciter spectari potest, vel vt cadit
in preceptum, vel ad ipsam naturam charita-
tis explicandam pertinet; de priori dicemus dispu-
tat. 9. agentes de precepto caritatis; vel solum
de secundo, quod etiam necessarium est ad fundan-
dam postea obligationem. Hic autem ordo in eo
consistit ex parte obiecti, vt vna res diligibilior sit
altera ex parte charitatis. Hoc autem tripliciter
accidere potest primò obiectiue, vt quando alicui
maior bona diligenda sunt. Secundo appretiatue,
vt quando aliquid ita diligitur, vt plus alijs æsti-
metur: ita vt, si oporteret, potius alia quis relin-
queret, quam illud, quod magis diligit. Tercio inten-
siue, quando maiori conatu voluntas fertur: ita vt
entitas amoris habeat plures gradus intensiouis.
Primus modus facile distinguitur à secundo, &
tertio; nam peccator obiectiue magis amat Deum,

K. k. 4

quam

Ad eammoda-
tius simile
est lumen
gloriae,

Ad 1. obie-
ctionem in
cod. n. 7

Ad exempla
ibid. subin-
ta

Dispositio
in fine.

Ad aliam in
hum. 6

Notatio pro
resolutione

Tripliter
res potest ef-
se amabilior
obiectiue, ap-
pretiatue, vel
intensiue